

tutū ab initio probare: tametsi præ multis
ad id alliciebar: Népe qđ inuétū erat homi-
nis cōterranei mei, Ignatij nimirū à Loyo-
la præpositi vestri generalis, viri gentilitia
pietate, nobilitateq; ac multis alijs nomini-
bus venerandi: quodq; vnus ex primis duo
decim, qui sacrosanctæ Sedi Apostolicæ
vos deuouistis, nempe magister Francis-
cus ab Azpilcueta, & Xabierre à rege, ac
D.N.vna tecum, Symon clarissime Roma
vocatus, & societatis vestræ Indicæ præfer-
etura, vita sancta, sanctisq; signis, vt fer-
tur, clarus cognationis iure propinquo con-
iunctus est. Consentiebā enim plurimorū
de vestro isto instituto præiudicijs: nempe
intam varia religionū præcellentium di-
uersitate nunquam reipub. Christianæ da-
turum esse eos, quos iam dedit vberes fru-
etus: Tam fallitur in dubijs hominum so-
lertia rebus. Quando vero vos non solum
expectationem nostram: sed etiam eorum,
qui de vobis conceperunt maximā, vicerit-
tis, duin supramodum charitatem, pacem,
misericordiā, patientiā, cæterasq; alias oēs
maxime Christianas virtutes, & vobis quæ-
ritis, & alijs onibus quærēdas persuadetis,